



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Præbenda. Tit. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)


4.5. Valasc. conf. 1.3.1. n. 3. Nau. conf. 2.3. de Regul. Parlad.  
lib. 1. verum quorid. c. 3. §. 1. n. 19. Bobadil. in sua politica,  
lib. 2. c. 18. n. 26. Gutier. de gabellis, q. 9. §. a. n. 13.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus militans non est cogendus deferre Tonfuram, vel habitum Clericalem.
- 2 Clericus dicitur recedere à statu Ordinis, & ad saeculum reueri, si in minoribus constitutus efficiatur miles.
- 3 Clericus in minoribus statim ac declaratur miles, videtur ipso facto beneficio renuntiare, quamvis deposito cingulo militari iterum vestes Clericales reassumat.
- 4 Pensiones in titulum vti Clerico assignata per militiam remanent extincta.

## CAP. Vt consolationi. X. &amp; vlt.

- Clericus in minoribus si militauerit, non est cogendus deferre Tonfuram, vel habitum Clericalem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoff. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 28. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 265. remissum Ximen. in concord. p. 1.
- Ex hoc text. colligunt Doctores Clericum dici recedere à statu Ordinis, & ad saeculum reueri, si in minoribus constitutus efficiatur miles, vt per Barbat. conf. 1.1. col. vlt. vers. praterea, lib. 1. Gig. de pension. q. 5. §. n. 2. Marc. Ant. Genues. in praxi Archiep. Neapol. c. 7. n. 4. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 154. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effect. 1. n. 664. Squillante de privileg. Cleric. c. 7. n. 32. in fine, Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 7. c. 5. n. 9. vbi n. 12. ampliat. vt Clericus miles effectus adeo dicatur à statu Ordinis alienus, vt proinde statim atque declaratur miles, videatur ipso facto beneficio renuntiare, & citat Rebuff. de nomin. q. vlt. Clar. 8. fin. q. 7. §. sub n. 6. versum Clericus, Paris. de resign. lib. 1. q. 1. n. 22. quibus addo Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 183. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 14. m. n. quamvis postquam fuerit in matricula militum. descriptus pœniteat, & paucis post diebus, antequam laica exerceat, deposito cingulo militari, iterum vestes Clericales reassumat, nam nihilominus dicitur à statu Ordinis recessisse, ita quod nona Clericalis habitus reassumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam obtinebat, illi nõ sufficiat, vt tenet Ricc. d. c. 5. n. 19. quicquid dicat Iacob. de Grassis conf. 1. sub hoc tit. provt nec sufficit ad pensiones recuperandas, nam & illæ per militiam remanent extinctæ, si quæ sibi in titulum vti Clerico erant assignatæ, Gig. q. 6. §. Caccialup. de pension. q. 1. §. Ricc. d. c. 5. n. 26.



## De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Prabenda.

## TIT. IV.

## S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes, & n. 2. de materia tractantes.

- 3 Clerici dicuntur à κληρῶ, quod est fors Græcè, Latine vero hereditas.
- 4 Clericorum appellatione veniunt Monachi in materia favorabili, & indifferenti, secus in stricta, & otiosa.
- 5 Religiosorum appellatione in stricta disputandi ratione non comprehenduntur Clerici seculares.
- 6 Clericorum appellatione veniunt prelati, & in dignitate constituti in favorabilibus, secus in odiosis.
- 7 Clericorum appellatione veniunt quicumque etiam in minoribus constituti, nisi ex subiecta materia Sacerdos comprehendatur.
- 8 Residentia generaliter sumpta dupliciter consideratur, primò materialiter, secundo formaliter.
- 9 Residentia definitur vt sit assistentia personalis vera, vel ficta, cum exercitio Ecclesiastici ministerij in proprio beneficio.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Butr. Panormitan. Ioan. à Capistrano, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 173. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Melnart. in epitome Decretal. fol. 95. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 373. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Lancelot. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici, Zypx. in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 155. Canil. in summa iuris Canonici, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 3. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tituli vide Capr. Vezin. & alios romano primo communium opinionum, libro primo, titulo octauo, Camillum Borrell. in summ. omnium decisionum, titulo decimo, Valerium Reginaldum in praxi fori penitentialis, libro trigesimo, tractatu nono, à numero 49. Nicolaum Garciam de beneficiis, parte 3. cap. secundo de residentia, nouissime Sanctarellum variarum resolutionum, lib. 1. q. 2. cum multis sequentibus, quem sub prælo vidi.

Clerici. ] Dicuntur Clerici à κληρῶ, quod est fors Græcè, Latine vero hereditas, quasi Clerici in sortem, seu hereditatem Domini sint vocati, vt per Isidorum in capite clericos vigesimo primo, distinction. vbi citant Doctores. Iuxta quod maxime conveniunt cum Monachis, qui similiter à laicis segregati, & quasi mundo mortui dicuntur, vt ex ipsa verbi etymologia deducit Eugen. Pont. in cap. placuit decimo sexto, quest. prima, inuat cap. si Religiosus, in principio, de electione libro sexto, cap. Religiosus, de testam. eodem libro, cap. non dicatis 12. quest. prima, text. opt. in cap. duo sunt genera, eadem causa, & quest. vbi ex eadem ratione tam vni, quam alij diuersam à laici Christianorum speciem constituunt, licet omnes simul etiam laici, dummodo Christiani, sint etiam in sortem Domini vocati, & generali vocabulo sacerdotij prerogatiua potiuntur, iuxta illud Exodi cap. 14. Si seruaueritis pactum meum, eritis mihi in gentem sacerdotalem. Vnde etiam Petrus epistola prima, omnes alloquens inquit, Vos estis gens electum, & Regale sacerdotium. Ex qua convenientia inter Clericos, & monachos ortum habuit, titul. ne Clerici, vel monachi; æquiparatio insuper, de qua in capite, si quis suadente decimo septimo, questione quarta, & in cap. non dubium, & in c. ex renore, de sententia excommunicationis.

EX



# De Clericis non residentibus, Tit. IV. 27

Ex quo etiam multi existimant appellatione Clericorum saltem in materia favorabili etiam Monachos comprehendendi, de quo satis Felin. in cap. licet vers. dum tangitur, de officio ordinis. Sylu. in sum. verb. Clericus, in princ. Duen. reg. 99. ampl. 3. & reg. 100. ampl. 5. & in materia indifferenti & lata significatione Cardin. Tufch. tom. 1. lit. C. concl. 377. n. 2. & 3. Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 50. vers. secundo, ego ipse de appellat. verb. viriusque iuris significat. appell. 51. n. 2. quod tamen minime dicendum est, si materia sit stricta, & odiosa, Roman. sing. 259. & 418. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 2. n. 26. Ego ipse d. appell. 51. num. 7. sic nec etiam secundum aliquos & conuerso appellatione Monachorum Clerici comprehenduntur, cum semper in quacumque materia verbi proprietas attendenda sit, ex l. non aliter, ff. de legat. 3. cap. intelligenda, de verbor. significat. Constat autem quod Clerici, & Monachi in eo conueniunt, quod omnes simul, diuerso tamen modo, sint diuino cultui dedicati, ex d. cap. duo sunt genera, constituunt tamen inter se diuersam speciem, vt patet tam ex diuersis titulis, de statu monachorum, de vita, & honestate. Clericorum, de statu Regularium, lib. 6. quam etiam ex variis iuribus, vbi Clerici, & Monachi ponuntur tanquam diuersa, & de vtriusque tanquam diuersis sit mentio, quae necessaria non esset, si vnus appellatione alius comprehenderetur, de quibus in cap. si quis suadente, d. cap. non dubium, cap. 1. de iurament. calumn. cap. ad Apostolicam, vers. perpetravit, de re iudic. lib. 6. Clement. 2. ad fin. de vita, & honestate Clericorum, c. 1. ad fin. de prebend. lib. 6. gloss. 2. in cap. Religiosus, de testam. in 6. & gloss. verbo Religiosus, in Clem. 1. de decim. alia gloss. verbo Religiosus, in Clement. 1. de rebus Eccles. non alienand. iuuant tradita per Doctores in cap. cum de beneficio, & in cap. singula, de prebend. lib. 6. Concil. Trident. sess. 1. c. 10. & sess. 25. de Regularibus, cap. 21. vbi ex hac ratione regularia beneficia Regularibus, secularia vero secularibus Clericis iubentur conferri. Sic etiam licet in specie huius tit. appellatione Clericorum contineantur Clerici seculares tam Canonici, quam ceteri Cathedralium, seu Collegiarum Ecclesiarum, non tamen comprehenduntur Canonici Regulares, de quibus in cap. sane, cap. licet, de Regularibus, cap. statim, cap. mandamus 19. q. 3. idque non solum in attendita proprietate sermonis, & quia diuersam personarum speciem constituunt à Clericis secularibus; sed quia text. de iis agit Canonici, qui infernientes quotidianas distributiones sibi appropriant, quod in Canonici Regularibus verificari nequit, ex d. cap. non dicatis 12. q. 1. vbi Nauar. latissime, iuncta reg. d. cap. cum ad monasterium, in fine.

His adde, nec etiam in stricta disputandi ratione appellatione Religiosorum Clericos seculares comprehendendi, cum verbum, Religio, sicut & Religiosus proprie, & strictè professionem importet per tria vota in manibus legitimi superioris, & in Religione approbata, vt per Doctores in d. cap. cum ad monasterium, & in cap. ex multa, de voto, tenent gloss. verbo Religiosus, & verbo Religiosus, in d. Clement. 1. de decim. & de rebus Eccles. non alienand. quicquid gloss. verbo Religiosus, in cap. presens 20. q. 3. cum multis, de quibus Felin. d. loco, in contraria sit opinio, quae legitime procedet, sumus in favorabilibus secundum Lambertin. de inre patronat. lib. 2. part. 1. quest. 11. & alios, quos refero ego ipse de appellat. verbor. viriusque iuris significat. appellat. 234. n. 2. Vel quando dispositio per verba Ecclesiasticas personas, concipitur, sub quo tam Clerici quam Monachi legitime continentur, cum vtrique speciali dedicatione re-

Barbof. Collect. Tom. II.

pectu diuini cultus sint ad seruendum Deo deputati.

Licet autem maxime sit controuersum, an appellatione Clericorum veniant etiam Praelati, & in dignitate constituti in quo inter materiam favorabilem, & odiosam distingui solet, vt per Abb. in cap. bona, il. 1. notab. 1. de postulat. Prelator. sequitur Syluest. in summa, verbo Clericus, n. 2. Sanctarel. var. resol. lib. 1. quest. 38. num. 10. Ego ipse de appellat. verborum viriusque iuris significat. appell. 51. n. 3. in fine, notant scribentes per text. ibi, in cap. quia periculosum, de sentent. excommunicat. lib. 6. & in cap. Inquisitores, de heretic. eodem lib. iuncta regul. text. in cap. statum, de elect. eod. lib. vbi in specie Ioan. Andr. in proposito tamen omnes indistinctè comprehenduntur, dummodo sint Canonici, prout Episcopus, & quisvis alius in dignitate constitutus esse potest, argument. text. in cap. collatione, de appellat. lib. 6. Ego ipse d. appell. 51. num. 4.

Sic etiam licet multoties ex materia subiecta appellatione Clericorum solum veniat Sacerdos, vt patet ex cap. cuius de non sacerdotali, de prebend. lib. 6. & etiam quoties agitur de sacramentali absolutione impendenda, vel corpus Christi conficiendo, quae ministeria solis competunt Presbyteris; licet etiam alibi appellatione Clerici non veniant in minoribus Ordinibus constituti, nisi habiium Clericalem deferentes, vel beneficium habeant, vel seruitio alicuius Ecclesiae de licentia Episcopi fuerint deputati, Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. Nauar. consil. 17. num. 2. de priuileg. attamen in nostra specie veniunt appellatione Clericorum quicumque, etiam in minoribus constituti, quinimo etiam prima tonsura tantummodo initiati. Primò, quia hi omnes in dubio nisi materia subiecta, vel dispositio aliud declarat, appellatione Clericorum continentur, vt ex Abb. Decian. Roland. & multis aliis veram, & communem dicit Gabr. commun. opin. lib. 9. sub tit. de verborum significat. num. 40. Ego ipse d. appellat. 51. num. 1. Secundò constat hoc, quia hi omnes Clerici sub nomine Clericalis Ordinis continentur, vt per Isidor. in d. cap. clericos, & in cap. perlectis 25. dist. qui omnes verè & proprie Ordinis gradus sunt dicendi, quia licet prima Tonsura, sicut & minores Ordines characterem non imprimant, nec in verum Christi corpus tribuant potestatem, omnes tamen ex ordinatione Ecclesiae ministerium Ecclesiasticum important, & prima Tonsura, sicut & minores Ordines habent se pro fundamento ceterorum in eant sensum, vt ex praedicta ordinatione Ecclesiae nullus ad maiores promoueat abque prauius prima Tonsura, argum. text. in cap. 1. & per tot. de Cleric. per saltum prom. tenet gloss. magistra, verbo Psalmista; in d. cap. clericos, per text. ibi, & verbo Episcopus in procm. Sixti Decretal. vbi plures citant Doctores num. 12. & de officio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 2. num. 17. Vltima tandem ratio desumitur ex materia subiecta huius tit. vbi agitur de Clericis in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata beneficiis obtinentibus, ratione cuius distributiones quotidianas percipiunt. Plane tam Clerici in minoribus, quam etiam prima Tonsura initiati habiles sunt ad praedicta beneficia, c. 1. cum seqq. vbi notant Doctores, 60. dist. Rebuff. in praxi, tit. de miss. in possess. col. 59. num. 15. Panorm. in cap. dudum 1. in fine, & in inferiori, cap. cum in curatis, de elect. comprobant Conc. Trid. sess. 23. de reformat. c. 6. id quod procedit etiam quoad beneficia curata, dummodo tempore collationis beneficiarius attingat 25. aetatis annum, & intra annum à die pacificae possessionis in Presbyteratus Ordinem promoueat.

C 2 iuxta



intexta text. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. cap. si eo tempore. de rescript. cod. lib. cap. si pro Clericis, de prabend. cod. lib.

- 8 Non residentibus. ] Residentia generaliter sumpta dupliciter consideratur. Primò materialiter, prout videlicet importat tantummodo mansionem in loco abstrahendo à quocumque munere, seu exercitio, in quod eadem residentia ordinatur, sicut videre est in eo, qui ratione domicilij tantum residet, de qua in c. quia nonnulli, ibi, residere in loco, hoc tit. cap. is qui 3. de sepultur. lib. 6. Secundo modo dicitur residentia formaliter, prout importat mansionem in loco cum effectu, hoc est, cum exercitio muneris personalis, in quod ipsa residentia ordinatur, de qua in d. cap. quia nonnulli, cap. consequente, cap. relatum, & per tot. hoc tit. c. quia inordinata, de prabend. Concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 2. & sess. 23. de reform. c. 1. de qua residentia formaliter agit hic tit. ea verò definitur, ut sit assistentia personalis vera, vel ficta cum exercitio Ecclesiastici ministerij in proprio beneficio. Dixi, assistentia personalis, loco generis, Dixi, vera vel ficta, ad comprehendendam utramque residentia speciem, nempe illam, quæ realem presentiam beneficiarj, & illam, quæ fictam tantum, & iuris censura inductam importat, prout contingit, quando absens à beneficio pro presente reputatur sine absolute etiam si per alium non deferuiat, prout in tribus casibus exceptis, in c. 1. hoc tit. lib. 6. & in multis aliis, in quibus Canonici absentes pro presentibus reputantur etiam quoad lucrandas distributiones quotidianas, quos refero de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 53. ex n. 155. usque ad n. 178. & in collect. ad c. 1. hoc tit. lib. 6. ex n. 8. & in aliis, si non quoad distributiones quotidianas, saltem quoad fructus grossos, de quibus in cap. ad audientiam, cap. de cetero, hoc tit. cap. licet, de prabend. cap. cum non debeat, de elect. in 6. Vel etiam quando per Vicarium deseruit, prout in beneficiis Curatis concurrente legitima causa, de quo in cap. extirpanda, §. qui verò de prabend. lib. 6. text. sic intelligendus in cap. de multa, in fine, cod. tit. in Decret. lib. text. opt. in cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. patet etiam exemplum in beneficiis simplicibus, in quibus ex generali consuetudine non vera, & realis, sed ficta residentia requiritur, si potest per æconomum, & ita per mercenarium ministrum deseruire.

## S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum ipsam acceptando.
- 2 Episcopus religionem intrare non potest sine Papæ licentia.
- 3 Innatus potest quis de una Ecclesia ad aliam transferri.
- 4 Episcopatus quando absque peccato appeti potest, ostenditur.
- 5 Argumentum à communiter accidentibus validum est.

## CAP. Non liceat. I.

## Ex Concil. Sardicen.

Episcopo nulli sine licentia Papæ licet transire ex suo Episcopatu ad alium acceptando, quia cum nemo soleat transire ad minorem, presumitur ambire maiorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Burr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano,

Vimian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 29. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 366. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concilio Sardicen. c. 1. refertur à Burchard. lib. 1. Decret. c. 79 & Ivo. p. 5. c. 18. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 4. cap. 1.

Non liceat Episcopo, &c. ] Vnde sine Papæ licentia Episcopus religionem intrare non potest, Menoch. de arbit. casu 423. Valer. Reginald. in praxi fore. pontif. lib. 18. n. 377. vers. postremo. non est enim iusta causa resignandi Episcopatum, si Episcopus velit ingredi religionem approbatam causa mutandi statum, & vitam, Maiol. de irreg. lib. 3. c. 3. n. 3. in fine, Flamin. de resign. benef. lib. 5. q. 3. n. 23. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 53. n. 23. & 24. Innatus tamen potest quis ex causa transferri de una Ecclesia ad aliam, ut per Rebuff. in praxi rubr. de rescriptis, vers. item data est potestas. Flamin. de resign. lib. 3. quest. 18. num. 14.

Manifesta est enim causa, &c. ] Notatur ad hoc, quod Episcopus, qui mutando Sedem cupit ad meliorem, & opulentiorum Ecclesiam transire, presumitur id ex ambitione, & improbitate facere, & debet utraque Ecclesia priuari, ut post Alciar. resoluit Menoch. de presump. lib. 5. p. 3. n. 23. à princ. Peccat igitur grauius ambiens alium Episcopatum, ad quem libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, ut per ea posset cognatis, & familiaribus providere. Nau. de oratione miscell. 42. n. 2. Absque tamen peccato etiam veniali potest appeti Episcopatus ab illo, qui est eo dignus, dummodo principaliter appetatur ob honorem, & fructus eius, ut consultit idem Nauar. sub tit. de sent. excomm. conf. 17. n. 7. in nonis, qui enim Episcopatum optat non propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem, bonum opus desiderat, in quo sensu intelligendum esse Apost. 1. ad Thimoth. 3. asserunt D. Thom. 2. 2. q. 18. art. 1. Alphons. Aluarez Guertero in speculo iuris Pontif. cap. 4. post princ. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 2. vide quoad hoc propositum quæ ex sacra Scriptura, sanctisque Patribus adduco in meo tract. de offic. & potest. Episcopi. p. 1. tit. 2. gloss. 1.

Notatur etiam ad hoc, quod validum est argumentum à communiter accidentibus, Euerard. in topicis legal. loco 56. Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali, lib. 1. loco 20. Brunor. à Sole in locis communibus, verbo argumentum 1. Card. Tusch. lit. A. concl. 493. & plures relati in libello de principiis viriusque iuris, lit. A. n. 115.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cardinalis qui in suo titulo non residet, deponitur.
- 2 Cardinalium officium est assistere Papæ, & apud illum in Curia residere, nec illinc discedere sine eius licentia.
- 3 Cardinalatus est incompatibilis cum Episcopatu, nisi sit ex illis septem Episcopatibus urbi proximis.
- 4 Cardinalatus est beneficium.
- 5 Cardinalis non residens in Curia Cardinalatu privatur precedente admonitione.

## CAP. Ex gestis II. Leo. III.

Cardinalis, qui per quinquennium non residet, & canonice admonitus non se correxit, sed adhuc in alienis



alienis morabatur, fuit canonicè depositus à suo titulo parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostien. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vitian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 30. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 367. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 2.

2. *Eo quod parochiam suam, &c.* Cum Cardinalium officium sit assistere Papæ, Flamin. de resignat. benef. lib. 2. quest. 1. num. 34. & lib. 7. quest. 12. num. 14. & ob id pars corporis Papæ dicantur, Bellencin. de chariz. subsid. q. 66. n. 5. Monet. in tract. de decimis, q. 3. n. 114. ideo tenentur apud eum in Curia residere. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 10. n. 9. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 10. num. 8. Gonzal. ad reg. 3. Cancell. gloss. 24. num. 123. & illine discedere sine eius licentia non possunt, Flamin. d. quest. 1. c. num. 27. Sanctarel. var. res. lib. 1. quest. 2. num. 8. Gonzal. d. gloss. 24. num. 124. ubi num. 128. id ampliat, etiam si habeant Episcopatum, quod post Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 1. defendi non posse asserit Azor. instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 3.

3. Cardinalatus enim incompatibilis est cum Episcopatu, nam cum Cardinales teneantur in Curia apud summum Pont. residere, iuxta supradicta, cumque Episcopus teneatur in sua diocesi residere, sequitur Cardinalatum incompatibilem esse cum Episcopatu, quia una eademque persona non potest in pluribus locis naturaliter existere, ita Abb. in cap. bona memoria, il. 1. n. 6. sup. de postul. Prælat. Sot. de instit. lib. 10. q. 3. art. 4. Gom. in proem. regul. Cancell. vers. ex quo inferitur, & in reg. de impetr. benef. vac. per obitum Card. q. 12. Caiet. 2. 2. quest. 189. art. 5. Valent. tom. 3. disp. 10. q. 3. punct. 5. vers. sed queret. Gonzal. d. gloss. 21. n. 138. Turrian. in tract. de resident. pag. 45. Molfes. tract. 6. cap. 11. n. 36. Vafq. in opuscul. de benef. cap. 4. §. 2. art. 1. dub. 2. n. 191. vers. unde, Sanctarel. d. q. 2. n. 1. Bonacin. variar. tract. disp. 5. de onere & obligatione beneficiat. punct. 5. n. 8. retolentes etiam Cardinales, si habeant Episcopatum, non excusari à residentia, ex eo, quia sunt Papæ secretarii, aut aliud officium in Romana Curia habent. Unde munus Camerarij, aut Vicecancellarij non esse iustam causam absentie ab Episcopatu, tradunt Filliuc. tract. 41. c. 6. q. 6. n. 29. Bonacin. ubi supra sub n. 10. vers. an vero. Ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 43. n. 11. nisi promoveatur ad illos sex Episcopatus Urbis proximos, qui solent optari per antiquiores Cardinales. Cum enim ab illis parum distent Romæ residentes, & non solum per Vicarios, verum etiam aliquando per se ipsos negotiis propriæ Diocesis operam naut, illamque aliquando vident, ipsorum absentia non reputatur absentia, saltem adeo perniciofa, ut Cardinalibus habentibus huiusmodi Episcopatum non liceat in Romana Curia commorari, ita Bonac. ubi supra, n. 10. in princ. Sanctarel. d. q. 2. n. 5. in fine.

4. *Canonicè est depositus.* Ergo Cardinalatus est beneficium, ut per D. Barbof. in L. diuortio, in princip. p. 2. n. 67. ff. soluto matrim. Unde posse Cardinalem non residentem in Curia Cardinalatum priuari præcedente admonitione, per hunc text. docent Abb. hic num. 12. & Sanctarel. d. q. 2. n. 9. & Leo X. in consil. edita in Concil. Lateranen. anno Domini 1515. incip. *Superna*, præcipit, ut Cardinales omnes Romæ commorentur, & non obediuntibus imponit penas, & Paul. IV. consil. 8. incip. *Cum venerabiles*, scribit Cardinales, cum in parte sollicitudinis vocentur, debere assistere Rom. Pont.

Barbof. Collect. Tom. I I.

## S V M M A R I V M.

1. Dignitates plures, vel Ecclesie uni conferri non debent. & Ecclesia est conferenda illi, qui residere, & regere valeat per se ipsam, alias perdit Ecclesiam, & donans conferendi potestate priuatur.
2. Suspensi sunt à collatione beneficiorum, qui dant beneficia Ecclesiastica, præsertim curata personis indignis.
3. Beneficia omnia etiam simplicia de iure residentiam requirunt.
4. Episcopi, & alij Parochi curam animarum habentes, etiam de iure diuino tenentur ad residentiam.
5. Dignitates duæ sunt inter se incompatibiles.

## C A P. Quia nonnulli. III.

## Ex Concil. Lateran.

Vnus non potest habere plures dignitates Ecclesiasticas, vel plures Ecclesias Parochiales, & quando de Ecclesia, vel ministerio Ecclesiastico est providendum, eligi debet persona, quæ possit eligi in loco, & exercere curam per se ipsum, & si secus fiat, accipiens amittit beneficium, & qui dedit, priuatur potestate conferendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vitian. in rationali lib. 4. iuris Pontif. pag. 30. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 367. remissive Ximen. in concord. part. 1. defumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. II. cap. 13. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. c. 3.

Collige ex text. suspensos esse à collatione beneficiorum, qui dant beneficia Ecclesiastica, præsertim curata personis indignis, quæ in loco residere, & per se ipsas curam exercere non possunt, ut per Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 32. tract. 2. n. 62.

*Quæ residere in loco, &c.* Ergo beneficia omnia, etiam simplicia, de iure residentiam requirunt, cap. ult. de rescriptis. lib. 6. Gloss. in extraneam, execrabilis, de præbend. Ioan. XXII. Gig. de pensionib. q. 3. Nanar. in man. c. 25. n. 21. Valent. tom. 3. disp. 10. q. 3. puncto 5. vers. secundo queritur, Sanctarel. variar. res. lib. 1. q. 1. n. 13. Hojed. de incompar. benef. c. 17. num. 24. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. de non resident. n. 7. Beaed. Capra tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 8. num. 1. pag. 179. Petr. Greg. de benef. c. 7. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 3. q. 1. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 10. à n. 66. & lib. 5. q. 52. n. 2. Zerol. in praxi Episcop. 1. verbo priuatio, §. 4. vers. tertio. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 2. quest. 61. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 80. & gloss. 15. n. 262. Farin. Rote decis. 12 in 1. collect. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 364. n. 1 in 1. edit. Nicol. Garc. de benef. part. 3. cap. 2. à princip. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 20. n. 258. Ex generali tamen consuetudine beneficia simplicia residentiam non requirunt, ut testantur Flamin. Gonzal. & Nicol. Garc. pluresque ab illis citati dictis locis, Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 2. tit. 23. de residentia, sub rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis, num. 202. & 203. Sanctarel. d. quest. 1. num. 15. Rota in Calaguritana beneficij de Arnedo 22. Ianuarij 1622. coram Reuerendissimo P. Domino Merlino, & in Alexandrina beneficij 18. Aprilis 1625. coram eod. & in dubio beneficium non censetur curatum, sed simplex, Gonzal. gloss. 6. n. 91.

C 3 Nicol.



Nicol. Garc. p. 1. c. 6. n. 8. Card. Tufch. lit. B. concl. n. 4. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1696. quos refero ego ipse de officio & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 53. n. 69. quibus addo Gregor. decis. 89. num. 1. & decis. 108. n. 2. Causaler. decis. 33. n. 4. decis. 315. n. 3. & decis. 517. n. 8. Rot. decis. 233. n. 4. p. 1. & decis. 699. sub n. 3. p. 2. recent. & in Ripana beneficii 27. Iunij 1622. coram R. P. D. Merlino, & in Alexandrina beneficii 18. Aprilis 1625. coram eodem, & in Benaventana beneficii 9. May 1625. coram R. P. D. meo Pitonano, observantes huiusmodi qualitatem quod scilicet sit beneficium simplex narratum in gratia non esse iustificanda, & contrarium asserenti incumbere onus probandi.

Quod contra Canones accepit. Episcopi, & alij Pastores etiam Parochi curam animarum habentes non solum de iure Canonico, sed etiam de iure divino, ac naturali tenentur ad residentiam, quia precepto diuino mandatum est omnibus, quibus animarum cura commissa est, omnes suas cognoscere, ut ait Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 1. & ideo ita tenent Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. Carranza de residentia Episcoporum, c. 2. Couar. var. lib. 3. c. 13. n. 9. Nauar. in man. c. 35. n. 121. Bott. de Synodo. p. 3. art. 1. n. 150. Lel. Zech. de munere Episcop. c. 5. n. 3. Alphons. Alvarez Guerrero in speculo iuris Pontific. 9. vers. de residentia. Azor. d. lib. 7. c. 4. q. 1. Posseu. de officio Curati, cap. 1. n. 1. Melch. Gallego in tract. de parochorum obligatione tempore pestis. p. 1. disp. 1. a. n. 46. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 5. 4. lit. A. in nouiss. edit. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 59. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 6. n. 5. & in praecepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 37. n. 15. Molfes. in summa Theologiae Moral. tract. 6. cap. 11. n. 13. Less. de instir. lib. 2. c. 34. d. n. 29. n. 153. Nicol. Garc. d. c. 2. n. 16. Sanch. de Matrim. lib. 1. q. 1. a. princip. Bonacin. var. tract. disp. 4. de onere, & oblig. benefic. puncto 3. n. 2. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 4. n. 95. & 113. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. n. 52. Ego ipse d. alleg. 53. n. 2.

Dignitates diuersae, &c. Ergo duae dignitates sunt inter se incompatibiles, ut per Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. q. 1. n. 105.

Privetur. Per sententiam, prout intelligit Azor. d. lib. 7. c. 6. q. 4.

## S V M M A R I V M.

1. Presentatus ad Ecclesiam non confirmatus si apparet quod nolit residere, non debet restitui per superiorem: confirmatus autem, & ex non insti causa non residens, priuatur appellatione remota.
2. Verba accipienda sunt cum effectu, & n. 3.
3. Licentia, quam Concil. Trident. exigit in beneficiariis ad se absentandum, peti, & obtineri debet, & mortuo Episcopo concedente non expirat.
4. Licentia Episcopi in duobus mensibus a Concil. Trident. concessis ad se absentandum, an requiratur ostenditur.
5. Pralati inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & Capitulum Sede vacante possunt licentiam beneficiariis concedere ad se absentandum.
6. Licentia Pralati requiritur, ut beneficiariis ratione studij se absentare possint.
7. Pestis si in loco beneficii vigeat, beneficiarius a residentia excusatur.
8. Inimicitias durantes potest Episcopus licentiam concedere beneficiario, ut in alio viciniori, & tutiori loco manere possit.

Presentatus ad Ecclesiam, vel ad beneficia, si possit residere, & nolit, non est admittendus, & admissus est remouendus, non obstante appellatione, nisi ab sit de licentia superioris ob studium, vel ob honestas causas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in rationali libri tertij iuris Pontificij pag. 31. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 367. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 4. c. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 15. c. 1.

Verba accipienda sunt cum effectu. De hoc principio vide Galetum in margarita casuum conscientiae, verbo verba. Cardos. in praxi iudicij, eodem verbo, n. 5. Card. Tufch. tom. 8. lit. F. concl. 90. Thom. de Thomassetis in floribus legum, regul. 304. & alios plures relatos in libello de principiis viriisque iuris, lit. F. n. 10.

Nisi forte de licentia suorum Pralatorum, &c. Nonne Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. prope fin. prohibet ne curati inferiores, & alij quicumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens, obtineant, discedendi licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex graui causa obtineant.

Licentia, quam text. in presenti, & Concil. Trident. exigit, debet peti, & obtineri per ea quae Cassian. in consuet. Burgund. fol. 85. n. 1. cum seqq. Cald. Pereira de resol. emphyr. cap. 11. num. 14. & in terminis resoluunt Molfes in summa tract. 6. c. 11. n. 26. Bonac. var. tract. disp. 5. puncto 4. num. 13. Rot. in Calaguritana fructuum 26. May 1614. coram bonae memoriae Vbaldo. Et debet precedere, & in scriptis accipi, Menoch. conf. 188. n. 7. & 9. Nauar. in hoc tit. consil. 13. n. 6. Cald. Pereira d. c. 11. n. 14. Bonacin. d. punct. 4. num. 12. expressa, scilicet Nicol. Garc. de benefic. p. 3. c. 2. n. 5. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauar. lib. 2. tit. 23. d. 2. s. 2. de residentia, vel absentia parochorum, n. 164. quae quidem mortuo Episcopo, seu concedente non expirat, Nauar. in cap. placuit. n. 161. & 163. de penitent. disp. 6. & in tract. de redditib. Ecclesiast. q. 3. monitu 8. n. 4. Gutier. pract. lib. 2. q. 75. Cened. ad Sextum collect. 1. num. 2. Perez 22. verbo sean firmes, tit. 2. lib. 2. Ordinar. pag. 119. Fr. Emmanuel. quest. Regul. tom. 2. q. 46. art. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. in princ. num. 11. Henriq. in summa lib. 7. c. 21. s. 6. D. Barbof. in l. diuortio, s. in anno. n. 20. ff. soluto matrim. Cald. Pereira de resolut. emphyr. cap. 15. num. 35. & 36. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 28. a num. 71. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 108.

Quaestio est controuersa an in duobus mensibus a Concil. Trident. concessis licentia Episcopi requiratur in qua illa verior est opinio, quae tenet etiam pro his duobus mensibus licentiam Episcopi esse requirendam; nam parochus discedere non debet, nisi causa cognita, & probata ab Episcopo, ac licentia in scriptis, & gratis concedenda, ut ait Concil. Trident. d. c. 1. & censuit Sacra Congreg. apud Nicol. Garc. d. c. 2. n. 23. in 1. declar. & part. 9. c. 2. n. 259. in 2. dub. Armendar. d. loco n. 155. qui tenent valere constitutionem Episcopi, ne parochi possint abesse ultra duos dies sine licentia, quare ita tenent Vgolin. de officio Episcopi, c. 15. s. 5. n. 5. Less. de instir. lib. 2. c. 34. dub. 29. n. 159. l'oull. de officio Curati, c. 1. n. 21. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 1. n. 1. vers. hoc autem, Filliuc. p. 3. tract. 4. c. 6. n. 26. Valsq. in opus. de



de benef. 4. §. 3. art. 1. dub. 3. *num. 149.* & art. 1. dub. 3. *num. 188.* Quicquid contrarium, imò in his duobus mensibus licentiam Episcopi non requiri, teneant *Navar. in man. c. 3. n. 121.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 4. §. 9.* & 19. Franc. Leo *in thesuro fori Eccles. p. 3. c. 1. num. 19.* & 21. Bonac. *var. tract. disp. 5. puncto 4. num. 9.*

6 *Suorum Prelatorum.* Etiam inferiorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, Azor. *d. lib. 7. c. 5. §. 4.* Flores de Mena *var. lib. 3. §. 24. n. 19.* Vel Capituli Sede vacante, Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Capitulum, §. 2.* Azor. *d. c. 5. §. 3.* Fillinc. *d. c. 6. §. 6. n. 30.*

7 *Vel studio literarum.* Notatur ad hoc quòd ad absentiam ratione studij requiritur licentia Prælati, ne indoctiles, & inepti se conferant ad studia, & multitudo nimia id faceret, vt per gloss. *hic verbo Prælatorum*, Flores de Mena *d. q. 23. n. 19.* Boët. *decis. 17. n. 13.* Selu. *de benef. p. 4. q. 6. casu 11.* & *q. 7. n. 29. vers. 171.* Horat. *Lut. de priuil. schol. priuil. 99.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 56. n. 28.* & alij plures, quos refert, licet non sequatur, Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 88.* vbi n. 89. pariter aduertit alternatim supradictam, vel studio literarum, non poni respectu licentia, sed respectu aliarum honestarum causarum, & n. 92. asserit non obstat text. *in cap. ult. de magist. ibi, de licentia Sedis Apost.* quatenus videtur eam licentiam dare, ita vt habeatur, & non amplius requirenda sit à Prælati, cum loquatur de licentia quoad perceptionem fructuum, & absentia ratione studij, ex verbis text. ibi, *perceptum de licentia Sedis Apost. proventus prebendarum*, &c. nam ad absentiam ipsam debet precedere licentia Prælati, vt probat text. *in presenti.* Quæ quidem sententia, ac ad hocce textus conciliatio valde probabilis est, quamvis ipse Nicol. Garc. *eqd. c. 2. n. 94.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 4. §. 3. vers. 2.* & *c. 5. §. 1.* Lessi. *de instit. lib. 2. cap. 34. dub. 19. n. 16.* vers. secunda. *Navar. in man. c. 3. n. 121.* nonisimè Sanctarel. *var. resol. lib. 1. q. 3. n. 21.* verius patet ad absentiam ratione studij requiri licentiam non solum in doctibus, sed etiam in studentibus, per text. *in d. cap. ult.* quòd cum sit Honorij III. asserunt corrigere posterius Alex. III. *in presenti.* Verùm quicquid in hac controuersia, de qua late Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 10. n. 7.* Sacra Congreg. censuit obtinentibus parochiales Ecclesias post Concilium Trid. studendi licentiam, æque in absentia studiorum causa fructus percipiendi non dari, vt referunt Prosp. de Ang. *in addit. ad Quarant. in summ. bullarj, verbo residentia, vers. limita.* Aloyf. Ricc. *in collect. decis. p. 3. collect. 563. in med. & praxi rerum fori Eccles. decis. 502. in fine.* & *decis. 364. in 1. edit. alijs resol. 393. in fin. in 2. edit. Henric. conf. 23. n. 4.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 53. n. 77.* & *alleg. 56. n. 5.* me citato Sanctarel. *d. q. 3. n. 25.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 81. declar. 4.* Quoad alia verò beneficia non curata, sed residentiam requirentia obtinentes, certum est teneri Ordinarium dare licentiam absentibus ratione studij, dummodo id status Ecclesiæ pariat, & in publico, celebrique gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus studeant, & minores sint triginta annis, prout decum referunt Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 92.* & 86. Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de absentia, n. 121.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 56. n. 19.* me citato Sanctarel. *d. q. 3. n. 23.* quæ quidem licentia non suffragatur ultra quinquennium à die, quo cæpit studere, vt probat *d. cap. ult. Garc. d. c. 2. n. 105.* Monet. *de distribut. quotid. q. 10. num. 14.* Armendar. *d. loco, n. 99.* & 102. Ego ipse *d. alleg. 55. n. 31.* me citato Sanctarel. *d. q. 3. n. 27.* Cætera, quæ ad hanc materiam desiderari possunt, vide *d. alleg. 56.*

& aliqua ad cap. ultim. & apud Sanctarel. *d. quest. 3. num. 21.*

*Vel pro alijs honestis causis.* Qualis erit si in eo loco beneficij vigeat pestis. Afflict. *decis. 289. n. 26.* & 27. Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo priuatio, §. 1.* Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 9. q. 31. art. 3.* & 4. Camil. Bortel. *in summa omn. decis. tit. 10. n. 36.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. c. 5. d. n. 75.* me citato Bonac. *var. tract. disp. 5. puncto 5. n. 3.* Vel si in Ecclesia habeat inimicos, nam inimicitias durantes potest Episcopus, cognito prius an sint veræ, & granes, & absque parochi culpa, ei licentiam concedere, vt in alio viciniori, & tutiori loco manere possit, ac à suo beneficio per annum abesse, posito tamen in illo per Episcopum idoneo Vicario, seu œconomo cum congruenti mercede ex eius fructibus illi assignata, ita decum à sacra Congreg. fuisse referunt Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 53. lit. C.* Galet. *in margarita casuum conscient. verbo residentia.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 645. in 2. edit. Bonacin. var. tract. disp. 5. puncto 5. n. 2.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis d. n. 182.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo priuatio, §. 4. dub. 1.* vbi aduertit quòd si intra annum inimicitia non extinguantur, & curatus, seu beneficiatus fuerit in culpa tam causandarum inimicitiarum, quam extinctionis earum, priuari potest, si verò inimicitia crescant sine parochi culpa, alius annus dari potest, Armend. *d. loco, n. 134.* quem refero ego ipse *d. p. 3. alleg. 53. n. 89.* Ratione verò infirmitatis, non potest parochus à loco, vbi sita est Ecclesia parochialis, se abstinere, quamvis esset ei datus coadiutor, Garc. *d. c. 2. n. 179.* Armend. *d. loco, n. 129.* nisi ibi defectu medicorum, & medicinarum curari non valet, quia non potest ab Ordinario ei dari dilatio trium, aut quatuor mensium, vt in locis vicinioribus maneat sanitatis causa, interea ab ipso Ordinario in parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus parochialis constituto, Garc. *d. c. 2. n. 179. in 4. declar. Armend. d. loco, n. 132.* Honestæ etiam quoad hunc effectum causæ sunt enumeratæ in Conc. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 1.* quod de Episcopis loquitur, videlicet Christiana charitas vrgens necessitas, euidens Reip. utilitas, euidens Ecclesiæ utilitas, & debita obedientia, quas sigillatim explicauit *d. alleg. 53. num. 6. cum seqq. & tractant Molfes. in sum. moralis Theologia tract. 6. c. 1. n. 29. cum seqq. Sanctarel. var. resol. lib. 1. q. 3. n. 1. cum seqq.*

*Vel patrocinari debet eis appellationis diffugium.* Vide Salgado de protect. Regia, tom. 1. p. 2. cap. 15. ex *man. 8.*

Si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit interdictum. Notatur ad hoc quòd appellatio emissa ab eo, quod sit secundum inris decreta, & determinationem non suspendit, vt per Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de appell. n. 345.* Gutier. *conf. 10. n. 21.* Salgado *d. tom. 1. p. 3. c. 6. ex n. 1.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Clericus alterius diocesis non debet recipi sine literis commendatariis proprij Episcopi, & n. 2.
- 2 Commendataria litera dantur presbytero peregrinanti volenti, vt liceat in aliena diocesi celebrare.
- 3 Commendataria ei litera obtinenda sunt ab eo, quæ perentis Clerici Ordinarius fuerit.



## CAP. Fraternitati. V.

**C**lericus alterius diocesis non debet recipi sine literis commendatitiis proprii Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Burr. Henric. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri i. iuris Pontif. pag. 32. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 367. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Marc. Anton. Gennet. in praxi Archiep. Neapol. c. 40. n. 1. & alii, quos ego ipse refero ad c. 3. n. 2. de Clericis peregrinis, pag. 211. & faciunt quæ dixi de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 21. per totum. Et nouè Concil. Trid. sess. 3. de reform. c. 16. vers. nullus, iubet nullum clericum peregrinum sine commendatitiis sui Ordinarij literis ab illo Episcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta administranda esse admittendum, & sess. 22. in decreto de obseru. & vit. in celebrat. Missæ, statuit vt Episcopi in suis dioc. sibi interdican. ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat, refert Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 18. q. 9.

**A**bsque commendatitiis literis. Quæ dantur Presbytero peregrinari volenti, vt ei liceat in aliena diocesi celebrare, vt per Rebuff. in praxi benef. tit. dimissoriarum. literarum. n. 45. Azor. instit. moralium, p. 2. lib. 3. cap. 49. quæst. 1. & obtinende sunt ab eo, qui petentis Clerici Ordinarius fuerit, prout decissum refert Armend. in addit. ad recap. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 56. & n. 63. pariter decissum à sacra Congreg. attestatur illas denegandas non esse ab Episcopo Sacerdotibus, & Clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirunt, quod quidem ita in causa propria obtinisse dicit Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 9. cap. 6. n. 4. & in facti contingentia sic respondisse asserit Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. deciss. 598. in 1. edit. & res. sol. 524. in 2. edit. quos refero ego ipse d. alleg. 21. n. 4. & 5. vbi n. 8. cum multis ibi citatis resoluo posse Episcopum prohiberi, ne exteri Sacerdotes celebrent in Ecclesijs Regularium, nisi prius ab ipso Episcopo, visis literis commendatitiis, ipsi Sacerdotes admitti fuerint.

## SYMMARIVM.

- 1 Non residens in beneficio, etiam modica æstimationis, illo priuatur.
- 2 Beneficium etiam modice æstimationis requirit residentiam.
- 3 Pensio quando conceditur ad particulare commendationem alicuius super fructibus alicuius Ecclesiæ dicitur beneficium.
- 4 Beneficium simplicia habens sufficientia, si alia postea obtineat, an vacet primum, an vero secundum ipso iure remissive.

## CAP. Conquerente. VI.

**Q**ui non residet in beneficio, etiam modice æstimationis, illo priuatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Henric. Burr. Anchor. Panorm. Ioan. à Capistrano, Viulan. in rationali libri tertij iuris Pontif. pag. 43. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 368. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refer-

tur ab Ant. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 2.

Collige ex text. Beneficium, etiam modice æstimationis requirere residentiam, vt per Rebuff. in tract. nominat. q. 9. n. 27. Valer. Reginald. in praxi fori pontif. lib. 1. tract. 3. n. 9. vers. si obiciat, quos refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 53. n. 70.

Pro quo Ecclesiæ suæ, &c. Notatur ad hoc quod quando pensio conceditur ad particulare commodum alicuius super fructibus alicuius Ecclesiæ, dicitur beneficium Ecclesiasticum, vt per Con. pract. c. 36. n. 10. vers. quarto. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 5. n. 42.

Quod dicitur G. habere Ecclesiastica beneficia, &c. Vtrum autem habens beneficia simplicia sufficientia si alia postea obtineat, vacet primum, aut secundum ipso iure, vide Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 1. §. n. 26. Monet. de optione canon. c. 6. n. 73. vbi resoluit non ideo vacare ipso iure, aut primum, aut secundum, & responder ad text. in presenti, in quo mandat Papa Episcopo, vt si ei conferat illum G. Clericum habere Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia eidem super alio beneficio, quod sibi collatum assererat, silentium sublatum impedimento appellationis imponeret, atque ideo saltem illum priuet, vt scilicet sic decidat, quia haberet non vnum beneficium sufficiens, sed plura sufficientia, vt loquitur text. vel ideo, quia eius aduersarius habebat titulum, & possessionem, ipse vero non possessionem habebat, nec de titulo docuerat, sed solum eum assererat; vel denique admittimus posse habentem plura beneficia sufficientia, eorum altero, vel si iam vnum sufficiens habebat altero postea obtento etiam non sufficiente priuari, vt sentit Gonzal. d. num. 26. Sacra Congreg. Concil. super cap. 17. sess. 24. de reform. censuit, si Ordinarius, conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia alijs ad sustentationem insufficientia, collationem tertij esse validam; sed si tertium sit sufficiens, vacare illa duo priora beneficia, sin minus, teneri prout dimittere alterum ex illis, & si continuauit possessionem amborum, recipiendo ex eis fructus, vtrumque beneficium vacare, prout referunt Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 5. n. 310. in 1. & 2. dub. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauarra, lib. 4. tit. 7. num. 37. dub. 1. & 2. Et cum dispensaret in eadem S. Congreg. si Episcopus conferat tertium beneficium simplex, & insufficienti habenti iam pariter duo simplicia simpliciter insufficientia, an vacet primum, vel eorum vltimum? censuit vacare primum die 13. Nouembr. 1627.

## SYMMARIVM.

- 1 Absentes in seruicio Episcopi fructus prebendarum suarum, non vero distributiones quotidianas percipere possunt, & n. 2.
- 2 Rectorem Ecclesiæ parochialis non potest Episcopus ab illius seruicio extrahere, & illum occupare in suo.
- 3 Canonici soli tam Ecclesiarum Cathedralium, quam Collegiarum, etiam habentes prebendam doctorem, non autem alij Clerici, gaudent privilegio vt absentes pro seruicio Episcopi possunt percipere fructus suorum beneficiorum.
- 4 Prelati etiam inferiores se subditos suos ad seruitiu suum aduocauerint, non amittunt ipsi subditi fructus suorum beneficiorum, idem in Legato quoad prouinciam suam.
- 5 Distributiones quotidianæ quare, & quibus locis vbi-qualia nuncupentur, remissive.

8 Cane



*Canonici quando confistunt in solis distributionibus quotidianis Canonici in servitio Episcopi absentes, tunc eas lucrantes deducta tertia parte, quo sermone accrescit.*

## CAP. De cetero. VII.

- A**bsentes in servitio Episcopi fructus praeendarum suarum, non tamen distributiones quotidianas, quae victualia nuncupantur, percipere possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Henric. Butr. Ancharr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vivian. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 34. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 668. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. sub tit. de praebe. c. 4.
- Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Nauar. conf. 1. 1. sub hoc tit. Gonzal. Mendez de Cabedo diuers. serm. iuris argum. lib. 1. cap. 10. n. 19. & 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. 8. 7. praeu. n. 183. Cabed. Luffe. decis. 94. p. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 166. n. 20. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 345. vbi probat per Concil. Trident. non esse derogatum dispositioni huius text. late Monet. de distrib. quotid. p. 2. q. 8. Zerol. in prax. Episc. p. 1. verbo Capitulum §. 9. Stephan. Quarant. in summ. bullar. verbo residentia. Azor. in sum. moral. p. 2. l. 7. c. 4. q. 3. vers. sexta causa, Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 54. vers. quinta, quorum aliqui referunt Episcopum potuisse duos Canonicos eligere, qui dum in eius seruitio commorarentur pro praesentibus quoad fructus praebendarum acquirere haberent, hodie tamen, ut pie aduertit Stephan. Gratian. d. n. 20. iam non poterit Episcopus Canonicos ab Ecclesia extrahere pro suo seruitio inspecta vbertate reddituum Episcopatus, & multitudine peritorum, quibus commodè in suo seruitio vi possunt.
- Ne canonici.* Ergo de Canonicis tantum loquitur, ut aduertit Cened. praef. & canonicarum quest. lib. 1. q. 1. n. 35. Rectorem igitur Ecclesiae Parochialis non potest Episcopus ab illius seruitio extrahere, & illum occupare in suo, vel Ecclesiae Cathedralis seruitio, ut scilicet exerceat officium Vicarij, visitatoris, vel secretarij, seu in alio ministerio occupetur, prout à sacra Congregatione decisis fuisse referunt Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 238. & Stephan. Quarant. d. verbo residentia, vbi tamen resoluit Episcopum posse dispensare si alterum duorum conueniat, vel utilitas in specie illius Ecclesiae, de cuius fructibus lucrandis quaeritur, vel vrgens necessitas ipsius Episcopi.
- Cum text. hic in praecitis verbis absolute de Canonicis loquatur, intelligendus necessariò est non solum de Canonicis Ecclesiae Cathedralis, sed Ecclesiarum collegiatarum ciuitatis, vel Dioecesis, ut per Monet. d. q. 8. n. 6. vbi aduertit in ead. audientiam, inf. hoc tit. sermonem duntaxat habitum fuisse de Canonicis Ecclesiae Cathedralis, quia casus de illis Pontifici propositus fuit, & nullam quidem verbum ibi adest, ex quo colligi possit ceterarum collegiatarum Canonicos excludi: vnde etiam colligitur solos Canonicos, non autem alios Clericos gaudere hoc privilegio; ut absentes pro seruitio Episcopi possint percipere fructus suorum beneficiorum, Monet. d. q. 8. n. 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 261. nouissime Santharel. var. resol. lib. 1. q. 3. n. 38. & ideo non comprehenduntur mansionarij, quos alios vocant, quia hi Canonici nomine non veniunt, Gonzal. d. gloss. 6. n. 261. & 263. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 370. cum seqq. nisi concurrat Episcopi dispensatio, & necessitas, vel

specialis, & euident Ecclesiae utilitas, ut declarat idem Garc. cod. cap. 2. n. 369. & 372. vbi n. 277. & seq. resoluit quòd vbi portionarij essent de Capitulo (provt sunt in aliquibus Hispaniae Ecclesiis) in eis procederet text. in presenti, & in d. cap. ad audientiam, sicut in Canonicis. Pariter id procedit etiam in Canonicis habentibus praebendam doctorem, & magistralem, Gonzal. d. gloss. 6. n. 257. Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 365. Monet. d. q. 8. n. 5. limitantes nisi sequatur magnum damnum Ecclesiae.

*Donec in seruitio tuo fuerint.* Cum in his verbis text. generaliter loquatur, nec appareat cui loquatur, dicendum mihi videtur eius dispositionem habere locum in Praelatis inferioribus respectu suorum subditorum, ut per Abb. hic n. 3. Nauar. conf. 1. sub hoc tit. Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 381. Idem in Legato quantum ad provinciam suam, & in Archiepiscopis quoad Clericos suae Dioecesis, non autem suffraganeorum, ita tenent Nicol. Garc. d. c. 2. n. 382. & Monet. d. c. 8. d. n. 9. qui plures alios referunt.

*Quod de communitatis, &c.* Comprehenduntur praebendae illae, quae non sunt distinctae, seu etiam grossi illis fructus, qui loco praebendarum, vel etiam ultra praebendas, distincti tamen à quotidianis distributionibus, tribuntur praesentibus, seu residentibus, non autem diuinis Officiis interessentibus, ac quotidianum ministerium exhibentibus, ut aduertit Monet. d. q. 8. n. 8.

*Nisi forte sint victualia.* Quare, & quibus in locis distributiones quotidianae, victualia nuncupentur, ostendit Monet. d. q. 8. n. 12.

*Quae non consueuerunt absentibus exhiberi.* Limita quando Canonici confisteret in solis distributionibus quotidianis, tunc enim Canonici in seruitio Episcopi absentes eas lucrarentur deducta tertia parte, quae seruiantibus accrescit, ne privilegium iuris esset inutile, Nicol. Garc. d. c. 2. n. 113. & n. 115. 352. & 353. Monet. d. q. 8. n. 15.

Cetera, quae hic desiderari possunt inuenies ad cap. ad audientiam, inf. hoc tit.

## SYMMARIVM.

1. Trinandus est dignitate non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi praefixo, & n. 2.
3. Clericus absens quando scitur ubi est, si potest commode acquiri, personaliter citari debet, quamvis sit extra provinciam.
4. Beneficium vacat si habeatur pro derelicto.

## CAP. Ex parte VIII.

## Caes. III.

**Q**ui abest ab Ecclesia, puta per decennium, est citandus ut veniat, & si vocatus non vult venire, deponendus est, & alius pro illa dignitate eligendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Henric. Ancharr. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vivian. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 34. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 668. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 3. cap. 3.

Verum in Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. praeterea, de Canonicis, & dignitatibus disponitur, ut eis non liceat ultra sex menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, alioquin primo anno priuatur



privetur unusquisque dimidia parte fructuum, secundo vero anno privetur omnibus fructibus, crescente vero contumacia, privetur canonicatu, referunt Flamin. de resignat. lib. 1. q. 10. à n. 62. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. à n. 140. Armend. in addit. ad recop. legum Navarrae, lib. 2. tit. 23. rubr. an Canonici teneantur residere in suis Ecclesiis, n. 98. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 53. n. 146. qui quidem gradus à Concil. Trident. citato loco praescripti servandi sunt antequam deveniant ad privationem, alias esset nulla, ut censuit Rota in una Salamantina del. Petros die 15. Decembr. 1567. coram Illustriss. Seraphino, & refero decusum ego ipse d. alleg. 53. n. 148. ac Placc. in praxi Episcopali, p. 2. c. 3. n. 9. vers. necessario, ubi etiam asserit quod citari debet huiusmodi non residens in persona ante privationem, si sciatur unde moretur, & si non sciatur, citandus est per edictum publicum trina citatione, nec sufficere vnam pro tribus, & aliter factam privationem esse omnino nullam. Si vero citatio personaliter fuerit executi, vnicam sufficere. censuit Rot. apud Mant. decis. 67. n. 5. ubi n. 6. subdit Concilium citato loco, non afficere Episcopos, qui possunt procedere ad privationem ob non residentiam, tamen illa temporis internalla non fuerint observata.

Quatenus scribatis eidem, &c. ] Cum privari quis non debeat, nisi prius monitus ad residentiam, Card. Tusch. lit. R. concl. 254. n. 6. Clericus absens, quando scitur ubi est, si potest commodè requiri, personaliter citari debet, quamvis sit extra provinciam, ut per Bened. Capr. tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 8. n. 7. pag. 180. Mant. decis. 2. Nicol. Garc. d. c. 2. n. 156. & alios citatos ad cap. ult. n. 2. infr. hoc tit. Circa citationes per edictum faciendas quando nescitur, ubi sit Clericus, dicam ad cap. ex tunc 11. infr. hoc tit.

In gloss. Per decem annos, ibi, & ita videtur Ecclesiam habere pro derelicto. Notatur ad hoc quod vacat beneficium si habeatur pro derelicto, ut per Gonzal. ad reg. Cancel. gloss. 15. n. 64. Pavin. de offic. & potest. Capituli, Sede vacante, prel. 7. n. 22. vers. septima, si haberetur pro derelicto, Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 19. n. 21. quos refero ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 57. n. 227.

## SUMMARIVM.

- 1 Archiepiscopus, qui temeritate propria recessit ab Archiepiscopatu, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam renovatus, illo est privatus.
- 2 Episcopus non residens, an & quando privetur attentioni iure Concilij Trident. ostenditur.

## CAP. Qualiter. IX.

## Innoc. III.

Archiepiscopus, qui temeritate propria recessit ab Archiepiscopatu, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam renovatus, illo est privandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabart. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vinian. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 35. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 369. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 1.

Hodie vero non iure Concilij Trident. praescriptus est modus procedendi contra Episcopum non

residentem, hic enim absque iusta causa à sua Ecclesia absens, qui propria salutis immemor, terrena celestibus, ac Divinis humana praefertens in diversis Curis vagatur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine ovis derelicto, atque ovium sibi commissarum cura neglecta se derinet occupatus, ultra mortalis peccati reatum, quem incurrit, pro rata temporis, quo abest, fructus suos non facit, nec tuta conscientia illos retinere potest, sed tenetur eos fabricae Ecclesiae, vel pauperibus erogare, ut habetur in eod. Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 1. vers. si quis autem. Si tamen per sex menses continuos nullo legitimo impedimento, seu iustis, & rationabilibus causis cessantibus, extra suam diocesim morando abfuerit, ipso facto quarta parte fructuum illius anni privatur, quae pars per superiorem Ecclesiam applicanda est fabricae, & pauperibus loci. Quod si per alios sex menses in absentia perseveraverit, aliam quartam eadem ratione amittit, applicandam per eundem eisdem. Postremo crescente contumacia inter tres menses Metropolitanus de absentia suffraganei Romanum Pontificem per literas, nuntiumve certiores facere debet, alioquin elapsis praedictis tribus mensibus ipso facto ingressu Ecclesiae privatus est ipse Metropolitanus, ut habetur eodem Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. vers. si quis autem, quae quidem decreta refero ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 53. n. 21.

## SUMMARIVM.

- 1 Clerici Ecclesias, vel Præbendas sibi commissas sine iusta causa desertentes, postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste privari, dummodo non sint iusto impedimento detenti.
- 2 Redire tenentur omnes obtinentes Canoniciatum, & præbendam in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata.
- 3 Sententia privatoria post contumaciam sequi debet, ut clerici absentes ac contumaces beneficium alteri conferri, sine ad ipsam eligi possit.

## CAP. Inter quatuor. X.

Clerici habentes Ecclesias, vel Præbendas, si sine iusta & necessaria causa sunt absentes, & citati intra certum tempus praefixum non veniunt, eis iuste privari possunt, dummodo non sint iusto impedimento detenti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabart. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Casal. in annot. Vinian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 36. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 369. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Ang. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 2. pars huius Decretalis est sup. de maioriore, & obedient. cap. inter quatuor, & de clericis peregr. cap. inter quatuor, & infr. de religiosis dom. cap. inter quatuor.

Vel præbendas sibi concessas, &c. ] Ergo omnes obtinentes Canoniciatum, & præbendam in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata tenentur residere, ut per Camil. Borrel. in summa omnium decisionum, tit. 10. n. 13. de quo latè Armendar. in addit. ad recop. legum Navarrae, lib. 2. tit. 23. rubr. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis, Sanctarell. var. resol. q. 4. à n. 19. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 53. n. 107. cum seqq.

Possunt eis iuste privari. ] Ergo sententia privatoria post ipsam contumaciam sequi debet ad hoc, ut Clerici



## De Clericis non residentibus, Tit. IV. 35

fici absentis ac contumacis beneficium alteri conferri, siue ad ipsum eligi possit, vt per Benedict. Capr. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 8. n. 10. p. 181.  
4. Ad materiam huius text. faciunt posita ad cap. ex p. 8. sup. hoc tit.

### S V M M A R I V M.

1. Clericus si nescitur ubi sit, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua, & si infra sex menses non reuertatur, priuabitur Ecclesia.
2. Clericus in Ecclesia sua residentiam facere praesumendus est.
3. Canonicus absens si personaliter citari non potest, debet in eius Ecclesia trina citationis edictum publicari.
4. Episcopus an possit procedere ad priuationem ob non residentiam, tametsi temporum interualla non fuerint obseruata, ostenditur.

### C A P. Ex tua. XI.

- C**lericus non residens si fraudulentè se absentat, vt non citetur, poterit ter publicis edictis citari in sua Ecclesia, & si non obedit, & intra sex menses non redit, debet priuari Ecclesia secundum ius Canonici. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Henric. Anch. Panorm. Butr. Ioan. à Capistrano, Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 36. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 369. remissuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. c. 3.
2. In Ecclesiis eorum, &c. ] Notatur ad hoc quòd Clericus in Ecclesia sua residentiam facere praesumendus est, vt per Mascard. de probat. concl. 1271. n. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 1. §. 5. 2. n. 30.
3. Trina citationis edictum, &c. ] Notatur ad hoc quòd si absens Canonicus personaliter citari non possit, quia ignoratur ubi sit, vel longè abest, ita vt commode citatio non valeat ad illum peruenire, debet in eius Ecclesia trina citationis edictum publicari, & post vltimum edictum post sex menses expectari, alias priuatio canoniciatus ob non residentiam his praetermissis, vel illorum aliquo legitime facta non est, vt censuit Rota apud Mantica. decis. 12. vbi cum quidam Andreas post vltimum edictum propositum, nondum sex mensibus elapsis, fuerit praecipiti festinatione priuatus, decusum fuit huiusmodi citationem tanquam non legitime factam minime valere, quod quidem in eadem Rota pariter tantum fuit in aliis decisionibus relatis per Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 157. & 158. Quae quidem trina monitio cum spatio sex mensium post vltimam requiritur, quando quis personaliter non potest citari, vniua autem sufficit si personaliter fuit exequuta, gloss. verbo canonibus, in cap. quoniam frequenter. §. porro, vt lite non contestata, Abb. hic num. 10. & 13. Rota apud Mantica. decis. 67. n. 5. & apud Nicol. Garc. citato loco.

### §. Contra eos.

Contra Clericos non residentes, & fraudulentè se absentantes per suspensionem, & excommunicationem procedi potest, vt obediant. Quòd si non obediant, Cardinalis Legatus eos amoneat ab administratione spiritualium, prouidendo Ecclesias de personis idoneis, non tamen in eos ferat sententiam de-

gradationis, vel si expediat, misericorditer possit agi cum illis. Colligunt Doctores in principia text. citati.

Aduertit optimè Mantica. d. decis. 67. n. 6. hunc §. dum videtur exigere quòd priuquam deueniatur ad priuationem, procedendum sit ad subtractionem fructuum, & excommunicationem, hoc in electione Episcopi relinquere, ita vt si absque eo procedat Episcopus, prout supra ad priuationem, illa ritè facta censetur; additque hoc modo dominos de Rota dixisse intelligendum etiam esse Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 12. vers. praeterea, quemadmodum per Illustriss. Sacrae Congregationis interpretes fuit declaratum, vt non afficiat Episcopos, qui possunt procedere ad priuationem ob non residentiam, tametsi illa temporum interualla non fuerint obseruata.

### S V M M A R I V M.

1. Priuilegiatus vt absens in studio fructus prebendae recipiat, si se transferat in villam, vel castellum, ubi nullum est, vel minus competens studium, priuilegio non utitur.
2. Absens causa studij vt fructus suorum beneficiorum percipiat, debet studere in studio generali.
3. Licentia pro absentia causa studij est accipienda etiam à Prelato, cum quis ea de re indultum obtinuit à sancta Sede Apostolica.

### C A P. Tuæ fraternitatis. XII.

**Q**ui causa studij de licentia superioris est absens, & percipit fructus sui beneficii, si se transferat ad villas, vel castella, in quibus vel non est, vel minus competens est studiorum exercitium, non potest percipere fructus, quia fraus nemini debet patrocinari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 37. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 369. remissuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 4. cap. 4.

Vel minus competens studiorum exercitium. ] Notatur ad hoc quòd vt absens causa studij fructus suorum beneficiorum in absentia percipiat, non sufficit vt illud studium, ad quod accedit, qualecunque sit, sed debet esse generale, vt per Rebuff. de priuilegiis schol. priuil. 3. n. 8. Lael. Zech. de republ. Ecclesiast. tit. de clericis, n. 7. vers. 28. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo studium, §. 4. Perez l. 1. tit. 10. lib. 1. Ordin. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 5. nouissimè, me citato, Sanctarel. var. resol. lib. 1. q. 3. n. 3. Flores de Mena var. lib. 3. q. 24. n. 19. Monet de distribut. quotid. p. 2. q. 10. n. 17. vbi aduertit non requiri, quòd sit vniuersitas aliqua studiorum secum habens Rectorem, & cetera priuilegia, quae vniuersitatibus studiorum iure competunt, quale erit studium Patavij, Pisarum, & similia, sed sufficere generale, vt olim erat Romanum, quod etiam cum aliis notat Sanctarel. loco citato.

In gloss. Indultum, ibi, vel dic indultum à Papa. Ex hac gloss. iuncta expositione Abb. & aliorum hic ad verbum, accepta licentia, colligi videtur licentiam pro absentia causa studiorum esse accipiendam etiam à Prelato, cum quis ea de re indultum obtinuit à sancta Sede Apostolica, cui consonat declaratio illa fel. record. Pij Papae I V. anno Domini 1564. edita, quae decreuit dispensationes, & indulgentias de percipiendis fructibus

PARBOSA  
De Ius Can  
To. 2. 3.  
GVI  
18



fructibus præbendarum, & beneficiorum in absentia causa studij, quæ à sacra Pœnitentiaria, vel Sede Apostolica concedi, & emanare contigerit, nequaquam huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, referunt Monet. d. q. 10. n. 9. Nicol. Garc. d. c. 2. n. 76. & 77. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 252. Azor. in sita moral. p. 2. lib. 7. c. 4. q. 3. vers. extra Pij IV. me citato Sanctarel. d. q. 3. n. 22.

## S V M M A R I U M.

1. *Intrans in Ecclesia residere pro seruitiis Ecclesie licet se absentat.*
2. *Distributiones quotidianas percipere debet, qui intra sue Ecclesie tuerur.*
3. *Distributiones quotidianas lucratur Clerici Ecclesie Cathedralis, vel Collegiate propter evidentem Ecclesie utilitatem non residentes.*

## CAP. Ex parte. XIII.

## Honor. IV.

**I**ntrans residere in sua Ecclesia, & postea sine fraude se absentans ad defendenda, vel prosequenda illius iura, non dicitur periurus, sed debet censeri residens. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Henric. Anchar. Botr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vivian. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 38. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 370. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Probat hic text. Præpositum, qui iuramentum præstiterat de perpetua residentia, periurum non incurere si ex post facto abest in Ecclesie utilitatem, quia satisfacit per fictam residentiam pro iuramento, cui similis in cap. ad audientiam 15. hoc tit. quæ quidem solutio videtur esse contra text. in cap. ad nostram, de iur. iur. vbi iuramentum, quo mutuatarius solvere promisit mutuantii pecuniam absque gravamine, vel molestia, non adimpletur per legitimam compensationem, quæ est ficta solutio. Sunt qui dicant quod vbi observatio iuramenti in casu ficto non tendit in læsionem aliquam illius, cui iuratum fuit, tunc in illo verificatur, & legitime adimpletur: vnde cum ficta illa residentia, quæ præstatur ab eo, qui in utilitatem Ecclesie abest, nullam contineat læsionem, imò utilitatem eiusdem Ecclesie, cui residentia perpetua iurata fuit, merito iuramentum de perpetua residentia in casu illo ficto verificatur, & adimpletur, ita in effectu Abb. & Felin. num. 12. vers. quarto, in d. cap. ad nostram. Sed non placet primò, quia circa obligationem non attenditur magna, vel modica læsio, cui iuratum est, sed solum utrum id, quod iuramento deductum est, licitum, vel illicitum sit, & ita utrum debitam, vel indebitam materiam contineat in sui observantia. Secundo, quia in specie d. cap. ad nostram modica, vel exigua læsio inferitur Petro creditori, si cogatur prius computare fructus in fortem, neque magna veritur utilitas in eo quod iurantes cogantur prius pecuniam mutuatam solvere ante huiusmodi computationem, & tamen text. inquit iuramentum omnino adimplendum, naturalemque pecunie solutionem faciendam esse ante ullam compensationem, non ergo stat in eo solutio difficultatis. Secundo loco Imol. in dict. cap. ad nostram, arbitrat

iuramentum de perpetua residentia præstitum fuisse in forma iuris, quo præceptum de residendo, hoc, vel illo modo, tempore, & loco inductum est, acque ideo à iure illam capit interpretationem quod absens dici non debet, sed præsens, qui ut suæ Ecclesie iura fideliter tueretur se absentavit. Verum graviter obstat text. in d. cap. ad nostram, in quo similiter iuramentum fuit præstitum in materia iuris, nempe de nullo inferendo gravamine creditori super pignore ante pecunie solutionem, & tamen non sufficit ficta solutio, quæ in compensatione reperitur, sed naturalis pecunie numeratio necessaria est.

Ideò dicendum videtur text. in præsent. & in d. cap. ad audientiam, concludere ex rei natura non fac esse ad hoc ut beneficiarij licet possint suorum beneficiorum fructus percipere si actualiter non resiciant, & absentes sint, quavis ob propriam aegritudinem, vel Ecclesie utilitatem, vel Episcopi seruitium, quasi non sequuta causa ob quam fructus conceduntur, ut videre licet ex rescriptis per Calderin. in cap. de celeb. Miss. Angel. in sum. verbo Clericus 7. num. 7. Rebuff. in praxi tit. de diss. de non resid. n. 9. & videtur de mente Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. vers. si quis. Vnde iuramentum illud de residendo ex rei natura non adimplebatur per aliquam fictam residentiam ex illis tribus, sed postea iustis de causis de novo statutum fuit in his iuribus, ut absentes ob aliquam ex illis tribus residere censentur, & omnino à periurio liberentur, vnde non licet in materia exorbitanti ab his iuribus ad speciem d. cap. ad nostram arguere, in qua nihil immutatum reperitur, arg. l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.

Præpositura tua iura, &c. Notatur ad hoc quod ille, qui sine fraude prosequitur, sen tuer iura Ecclesie suæ, cui adscriptus est, percipere debet, quotidianas distributiones, ut per Monet. de distribut. quorid. p. 2. q. 11. n. 40. Couar. lib. 3. var. c. 13. n. 8. vers. decimo, Rot. in Salmantina censurarum 28. Novembris 1594. coram Illustriss. Card. Seraphino, in impressis decis. 1098. num. 3. iterum in Assensu fructuum 15. Maij 1613. coram Illustriss. Manzanedo, in impress. post tract. Moneta de distribut. quorid. & in Calegriniana fructuum, & distributionum 26. Martij 1614. coram D. Vbaldo, quas refero ego ipse de offic. & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 5. n. 172.

Cum ex hoc censeri debeas residens. Et ideo Clericus 3. Ecclesie Cathedralis, vel Collegiate, qui abest propter evidentem Ecclesie utilitatem tanquam residens, & interessens divinis Officiis habetur ad lucrandas quotidianas distributiones, præcipue stante consuetudine quod Canonici missas à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesie, seu Capituli percipiat omnes fructus, & quotidianas distributiones, ut per Duenn. reg. 206. limit. 6. Couar. d. num. 7. vers. octavo, Navar. conf. 10. c. n. 4. sub hoc tit. Seraph. Rot. decis. 1239. & in sacra Congreg. ita sæpè decisum referunt Armend. in addit. ad recop. legum Navarra. lib. 2. tit. 23. de residentia, rubr. an Canonici vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis num. 73. & 95. Nicol. Garc. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 362. & bis fuisse in Rota resolutum attestatur Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 498. in 1. edit. & resol. 389. num. 2. in 2. edit. & absolute, ac generaliter loquendo, hoc esse verum asserit Monet. de quæst. 11. num. 3. vbi num. 31. declarat procedere in iis dumtaxat, qui ob propriam Ecclesie, cui adscripti sunt, non autem alterius, aut etiam suæ civitatis, vel universalis utilitatem adsunt, & num. 32. dummodo hæc utilitas evidens sit, & num. 34. modò ille, qui abest propter Ecclesie utilitatem, soleret divinis interesse, & num. 35. nisi ille qui prosequitur Ecclesie



Ecclesie utilitatem ad id habeat congruum salarium ab ipsa Ecclesia; inde inferens a. n. 42. ad syndicum Capitularum, ac illum, qui iussu Capituli occupatur in redditibus Capitularibus cuilibet de Capitulo, seu Collegio assignandis. tum etiam ad illos, qui deputantur a Capitulo deputari pro consensu, aut consilio præbendo Episcopo in omnibus illis casibus, in quibus Episcopus de iure communi antiquo, aut novo Concilij Trident. aut de consuetudine legitime præscripta tenetur adhibere consilium, aut consensum Episcopi, ac pluribus aliis casibus enumeratis per me de officio, & potestate Episcopi. p. 5. alleg. 5. n. 126. cum seqq. Multa alia ad hanc materiam pertinentia pro conciliatione text. in c. cum non debeat, de elect. in 6. & c. unico, §. qui vero, hoc tit. eodem lib. Vide Azor. institut. moral. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 14. Nicol. Garc. dicto c. 2. n. 360. innoto n. 362. latissimè Monet. d. q. 11. a. n. 11. usque ad num. 31.

## S V M M A R I V M.

- 1 Familiares Papæ percipiunt fructus sue præbende in absentia, & n. 2.
- 3 Papa a residentia in beneficiis curam animarum habentibus sine iusta, & debita causa nullum potest relaxare.
- 4 Distributiones quotidianas non percipiunt absentes in servitio Papæ sine speciali privilegio.

## CAP. Cùm dilectus. XIV.

**F**amiliares Papæ in absentia percipiunt fructus sue præbende, quia pro presentibus habentur, non obstante constitutione contraria. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostien. Anchar. Henric. Butt. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vivian. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 38. Alagona in compendio inris Canon. pag. 370. remissivè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boer. decis. 17. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 6. confid. 3. Bened. Capratom. 1. communis opinion. lib. 1. tit. 8. n. 15. pag. 181. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 1. c. 4. quest. 3. vers. quinta causa. Selu. Rebuff. Hoied. Nauarr. Salzed. & alij, quos refert Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. à num. 383. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 54. vers. sexta. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quest. 9. n. 9. cum seqq. ubi num. 12. quod dicuntur esse in servitio Papæ ad effectum lucrandi fructus beneficij, & Præbendæ Capellani Papæ, & similes, quique in Curia morantur de illius præcepto, licet Scriptores sint, secus verò si voluntate propria. Circa tamen Cantores Capellæ Pontificiæ quod sint veri familiares Papæ, iuxta constitutionem Sixti V. editam anno 1586. §. 3. quæ habetur in novo Bullario, tom. 2. pag. 540. ac proinde illis actum in dicta Capella infermentibus debere fructus inorum Canoniceatum, & Præbendarum in absentia, fuit latè resolutum in Barbastren. Canonicatus 26. Iunij 1626. coram R. P. D. Duran. ubi fuit responsum non obstare, quod huiusmodi cantores recipiant salarium, quia hoc non concludit verum servitium, & obsequium Papæ, cum etiam alij familiares Pontificis, ut sunt cubicularij, illud recipiant, & nihilominus fructus in absentia lucrarentur; item non obstare quod sic Protonotarij non participantes, & alij innumeri habentes officia in Romana Curia, in quorum erectione disponitur, ut habet Barbof. Collect. Tom. II.

beantur pro veris familiaribus, possent prætere exemptionem à residentia ad effectum lucrandi fructus vigore huius text. quia ille præter familiaritatem requirit obsequium circa præsentiam Principis, ibi, in nostro servitio commorantes, & ibi, qui circa nos se obsequiales exhibent, quod in illis non concurrat; item non obstare quod in hoc text. requiratur, ut familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus debeant inferuire vniuersæ Ecclesiæ, ibi, se obsequiales exhibent vniuersis, &c. quia existentes in servitio Papæ dicuntur vniuersali Ecclesiæ inferuire. Panorm. hic num. 2. not. 2. demum non obstare quod dispositio huius text. videatur correctæ per S. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. quia contrarium est verius, ut in puncto Nauar. consil. 1. & 2. de cleric. non resident. Nicol. Garc. ubi sup. n. 346. & ita censuit S. Congregatio, & fuit in ea sapiens resolutum.

Præbendæ sue, &c.] Procedit igitur in Canonicis, & aliis beneficiariis simplicibus, non autem in Episcopis, Parochis, & aliis Beneficiariis curam animarum habentibus, quia iure divino, & naturali adesse debent in suis Ecclesiis, quod sine iusta, & debita causa Papa relaxare non potest, ut aduertit Azor. d. vers. quinta causa, & quest. 5. resoluit nullum Episcopum lege residendi Summi Pontificis consensu solui, etiam si sit Romæ Camerarius, Summus Penitentiarius, vel Auditor Rotæ, vel à Secretis, aut Confessionibus Papæ, aut Cantor in Capella Pontificia, cum ad sint alij satis idonei ad hæc munera, & officia obeunda; si autem desint, qui his muneribus pares esse possint, licet Papa Episcopum huiusmodi officij præcise facultate concessa, ut à suis Ecclesiis abint. Alia verò non contemnenda contra Episcopos in Curia Principum commorantes, ibique Regij Prædis, Consiliarij, ac Proregis officio fungentes, dixi de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 5. num. 27. cum seqq.

In gloss. Fructus, ibi, nunquid vidualia, &c. Notatur ad hoc, quod absentes in servitio Papæ non percipiunt sine speciali privilegio quotidianas distributiones, ut per Abb. hic n. 5. Selu. de benef. part. 4. quest. 6. num. 36. Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 385. Monet. d. part. 2. quest. 9. num. 13. & fuit resolutum in dicta Barbastren. Canonicatus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Canonici duo absentes cum Episcopo in eius servitio; fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione Ecclesiæ non obstante.
- 2 Distributiones quotidianas, & fructus debet Clericus percipere durante infirmitate, si solitus erat residere.
- 3 Statutum continens id, quod ius commune recipit interpretationem à iure communi.
- 4 Episcopus in sui servitium potest habere duos Canonicos Ecclesiæ sue, qui fructus præbendarum in absentia percipiant: an autem debeant esse duo, aut plures, & n. 5.
- 6 Servire Episcopo & Ecclesiæ sunt diversa.
- 7 Salarium famulo egro an debeat, remissivè.

## CAP. Ad audientiam. XV.

**C**anonici duo, qui sunt in servitio Episcopi, possunt accipere fructus Præbendæ, non obstante constitutione & iuramento, quia qui sunt pro servitio Episcopi



Episcopi, vel Ecclesie absentes, dicuntur esse presentes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Viuian. in ration. libri tertij iuris Pontif. pag. 39. Alagona in concord. iuris Canon. pag. 37. c. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Vide dicta ad cap. de cetero 7 sub hoc tit.

Quos infirmitas excusaret. Aduerte quod infirmitate durante debet Clericus percipere fructus, & distributiones quotidianas, si solitus erat residere, & in loco sit residentie, quamvis ex propria culpa in morbum incidit, de quo vide Conar. lib. 3. variar. c. 13. num. 8. Cofim. in pragmat. sanct. part. 2. num. 137. Gutier. canon. lib. 1. c. 1. num. 138. cum seqq. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 11. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quest. 5. num. 23. ad finem, & de potestate nomin. c. 1. n. 39. & quest. forens. lib. 1. quest. 3. num. 11. Pusc. de visitat. lib. 1. c. 20. n. 26. Spin. in speculo testament. gloss. 9. princip. num. 20. Nicol. Garc. de benefice. part. 3. c. 2. n. 363. latè Monet. de distribut. quorid. part. 2. q. 6. & Sanctarel. variar. resol. lib. 1. q. 8. à princip. vbi num. 3. & 4. me citato, resoluit Clericum lucrari distributiones, si abest à choro, quia medicinam sumit, vel sanguine minuitur, vel quia sanitatis causa ad balnea, vel ad alium locum itet.

Decernimus, &c. Notatur ad hoc, quod statutum continens idem, quod ius commune, recipit declarationem ab eodem iure, vt per Iaf. in l. fin. C. de iure emphyt. num. 11. & repet. l. omnes populi, à num. 60. ff. de iustit. Menoch. consil. 187. man. 29. cum seqq. Valasc. consil. 76. num. 17. Et notatur etiam ad hoc quod statutum loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, vt per Mascard. de probat. conclus. 1141. num. 8. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quest. 13. num. 10. Garc. Girona de priuilegiis, seu exempt. explicatione, num. 823.

Vt duo ex Canonicis, &c. Ergo potest Episcopus in sui seruitio habere duos Canonicos Ecclesie sue, qui fructus præbendarum in absentia percipiant, vt docent Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 166. n. 20. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. c. 4. quest. 3. vers. sexta causa, Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 3. tract. 3. num. 52. vers. 4. Cened. pract. lib. 1. quest. 1. n. 35. Ego ipse de officio, & potestate Episc. p. 3. allegat. 53. num. 144. me citato Sanctarel. variar. resol. lib. 1. q. 3. num. 34. vbi ampliat quamvis in Ecclesia esset constitutio iurata, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata, vt qui in ea non resideret, fructibus beneficiorum, & Præbendarum priuaretur, & num. 37. resoluit etiam post Concil. Trident. posse Episcopum habere duos Canonicos in sui obsequium, & post alios citat Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 255. Aduertit Moneta de distribut. quorid. part. 2. quest. 8. num. 7. in hoc text. expressè loquente de Ecclesia Cathedrali referri, duos tantum Canonicos in seruitio Episcopi commorantes percipere posse fructus Præbendarum suarum, cum text. in cap. de cetero, sup. hoc titul. absolute de Canonicis loquatur, nec ad certum aliquem numerum se restringat, quia text. ille de Ecclesiis loquitur Collegiatis, ex quibus plures duobus Canonicis assumere poterit Episcopus pro seruitio suo, cum ibi ministrorum copia non sit ita necessaria sicut in Cathedrali, quæ ob sui dignitatem debet habere maiorem copiam ministrorum, ac verò text. in presenti, loquens de Ecclesia Cathedrali ad duos se Canonicos adstrinxit, & ex eo quod concedit de duobus, intelligitur prohibere de pluribus propter eius prærogatiuam, quæ ob sui dignitatem maiorem etiam habere debet co-

piam ministrorum. Vide Sanctarel. d. quest. 3. num. 34. & 35.

Qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesie seruitio, &c. Ergo qui est in seruitio Episcopi, censetur etiam Ecclesie inservire, Episcopus enim in Ecclesia est, & Ecclesia in Episcopo, c. seire debes 7. q. 1. Verum contrarium potius ex hoc text. deprehenditur, quod vniuersum seruitium Episcopi, & Ecclesie hoc in casu diuersa sint, cum inter vtrumque ponatur copula, & quæ regulariter habet copulare diuersa, iuxta per me dicta de distinctionibus & claus. dist. 93. n. 2. Vel certe colligitur quod iuxta causam hic propositam, vtrumque copulatiue requiritur nimirum quod duo Canonici Ecclesie Cathedralis simul sint in seruitio Episcopi, & eius Ecclesie absentes, vt haberi debeant pro presentibus, vbi in ea Ecclesia extet constitutio etiam iuramento vallata, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata, vt Canonici, qui in Ecclesia non resident, priuentur fructibus suarum præbendarum, præterquam quod esse presentes, & interequentes diuersa sunt, vt colligitur ex cap. vnic. hoc tit. lib. 6. & ibi aduertunt Gemin. Franch. & ceteri scribentes, & ideo sic hunc text. interpretatur Monet. d. q. 8. n. 23. vbi n. 14. in contrarium adductis respondet. Quando verò absenti pro alia Ecclesia debeantur distributiones quotidiane, Vide Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. 107.

In gloss. Infirmitas, 2. ibi, & famuli agri, quos curamus, nobis inservire intelliguntur. Ergo eis salarium debetur de quo tamen an verum sit, vide Conar. lib. 1. var. c. 13. num. 8. Syluan. consil. 28. n. 2. & 23. Ant. Gom. tom. 2. variar. c. 3. num. 2. Gregor. 1. verbo el. senor. tit. 2. part. 5. Viuian. tom. 1. commun. opinionum, lib. 4. tit. 43. num. 84. cum seq. pag. 659. Auiles ad cap. 1. Prætorum, fol. 56. n. 20. Escob. de ratiocin. c. 27. n. 19. Surd. de alimentis, tit. 4. n. 23. & 35. Flores de Mena variar. lib. 1. q. 7. §. 2. n. 17. Cald. Pereira quest. forens. lib. 1. q. 3. num. 3. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 2. q. 5. & 6. Monet. d. p. 2. q. 6. num. 4.

In gloss. Integre, ibi, non tamen percipiunt victualia, &c. Vide Monet. d. p. 2. q. 8. num. 12. vbi num. 13. aduertit verbum hoc integre, referri solum ad ipsos fructus Præbendarum, vt nimirum eos sine vlla diminutione percipiant: vel, integre, intelligendum erit vt includantur etiam Præbendæ indistinctæ, vel fructus illi grossi loco Præbendarum succedentes in aliquibus Ecclesiis.

#### SVMMARIUM.

- 1 Ecclesia si patitur ministrorum defectum, priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum redire coguntur.
- 2 Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 3. concordatur cum alio sess. 21. de reform. c. 3.
- 4 Licentia ad percipiendos fructus beneficiorum in absentia non expirat mortuo concedente.
- 5 Assisi qui dicantur ostenditur.

#### CAP. Cùm ad hoc. XVI.

#### Gregor. IX.

Absentes priuilegiati à Papa, vel Episcopo si tot sint, vt Ecclesia pariat ministrorum defectum, Episcopus renocare debet Canonicos & Beneficiatos priuilegiis non obstantibus, & si non venerint de ipsorum Præbendis, faciet Ecclesie deservire, & si quid superest de redditibus, conuertat in vtilitatem Ecclesie.



Ecclesia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostien. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Viuian. in ration. lib. 3. iuris. Pontificij, pag. 39. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 371. remissum Ximen. in concord. p. 1.

2. Renoues ad residentiam, &c. ] Quomodo autem attento iure nouiori Concilij Tridentini procedendum sit contra dignitates, & Canonicos non residentes vsque ad beneficiorum priuationem, dixi ad cap. ex parte. 8. sup. hoc tit.

3. In utilitatem eiusdem. &c. ] In idem esse videtur Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 3. dum decidere videtur portionem distributionum iis contingentem, qui non intereunt, si intereissent, applicari debere fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij, quæ quidem decisio repugnari videtur alteri sess. 21. de reformat. cap. 3. ubi statuitur quotidianas distributiones dividendas esse inter obtinentes dignitates, & ceteros diuini interequentes; pro quorum iurium conciliatione elaborant Doctores, & præcipue Nauar. miscell. 59. de oratione. n. 9. Monet. de distribut. quotid. part. 3. quest. 6. num. 29. Fule. de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 8. Campanil. in diuersorio iuris Canonici. rubric. 7. cap. 6. n. 15. vers. consili. Sed inter alias conciliationes illa verior est, quod scilicet Concil. Trident. sess. 22. c. 3. loquitur in dignitatibus, à quibus Ordinarij tertiam partem fructuum in distributionibus quotidianas conuertendas separare potest, & dato quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & inodiosum obtinentium dignitates, & negligentium residere, & quando illa tertia pars ita subtrahitur per non seruientes admittitur, locis pijs est applicanda: at verò c. 3. sess. 21. loquitur solum quando distributiones ita sunt tenues, vt negligantur, & hoc casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab Ordinario conuersa, si per non seruientes amittatur, proportionabiliter seruientibus accrescit, quod in Sacra Congregatione decisum fuisse referunt Rota in Astoricens. residentia 6. Iunij 1616. coram Reuerendiss. Coccino Rotæ Decano, quæ est impressa in fine tract. de distrib. quotid. Monetæ. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 465.

4. In gloss. Et prædecessorum, ibi, unde statim expirant. Imo contra hanc gloss. verius est licentiam mortuo concedente non expirare, vt resoluunt per me citati ad c. relationem 4. sup. hoc tit.

5. In gloss. Assisios. Qui sint, vide Selo. de benef. p. 1. q. 2. n. 47. Petr. Gregor. synagmat. iuris. lib. 1. §. c. 23. ex n. 11. Anton. Fabric. in praxi & theoria benefic. tit. de reliquis stipendijs Ecclesiasticis ex n. 12. Sebast. Casar. in relect. de Ecclesiast. hierarchia. p. 3. disp. 12. §. ult. n. 21. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 9. q. 1. ubi vltra dicta in hac glossa asserit Assisios esse illos beneficiarios, qui in Hispania dicuntur portionarij, qui præter Canonicos portiones habent in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, Vincent. Fillinc. tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 17. & ita dici eo quod semper debeant esse assidui in Ecclesia per hunc text. refert Maslobr. in praxi habendi concursus prælat. 21. n. 6. secundum Romanam impress.

In ead. gloss. ibi, Nec vocantur ad omnes tractatus cum Canonicis. Notatur ad hoc quod beneficiati non sunt admittendi ad communes tractatus cum Canonicis, vt per Butr. n. 8. Abb. num. 9. Cæf. de Graff. decis. 4. de his, quæ sunt à maiori parte Cap. Caputaq. decis. 34. num. 2. p. 1. & fuit dictum in Valentina emolumentorum 2. Octobris 1587. coram Bubalo, & in Romana concordia Aprilis 1609. coram Card. Cuaualerio, inter eius impressas, decis. 57. ex n. 1.

Barbol. Collect. Tom. I. II.

## S V M M A R I V M.

1. Clericus non residens si monitus non redeat, nec istam excusationem alleget, priuatur beneficio.
2. Clericus non residens ante omnia monendus est personaliter ad residentiam vt verè constet de delicto, & pateat nullam ei competere excusationem.
3. Clericus si efficiatur miles beneficio suo renuntiare videtur.

## CAP. Clericos. XVII. &amp; vlt.

**B**eneficia qui habent residentiam requirentia, ab Episcopo possunt priuari, si absque ipsius licentia transeunt morandi causa in aliam diocesim, & moniti non redierint, nec ostendant rationabilem excusationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Hostien. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Viui. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 40. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 371. remissum Casal. in annot. Ximen. in concord. p. 2.

Si moniti non redierint. ] Ergo non residens in beneficio ante omnia monendus est personaliter ad residentiam, vt ita verè constet de delicto, & pateat nullam ei competere excusationem, vt tenent Doctores citati ad cap. ex parte 8. n. 3. sup. hoc tit. quibus adde Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 6. q. 4. vers. quare probabilius, in fine. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo priuatio, §. 3. Si autem absens Canonicus ignoretur ubi sit, quomodo citari debeat per edictum ad cap. ex tua 11. supra hoc tit. n. 2.

In gloss. Redierint, ibi, vel factus est miles. Notatur ad hoc quod si Clericus efficiatur miles, beneficio suo renuntiare videtur, vt per Clar. §. fin. quest. 7. n. 6. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 1. n. 22. & de confident. benefic. q. 9. n. 25. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 183. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 14. n. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 15. in princip. refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 216.

In gloss. Excusationem, vlt. de causis excusantibus residentia, & præcipue de enumeratis in hac glossa dixi ad c. relationem 4. in fin. sup. hoc tit.



## De Prabendis, &amp; Dignitatibus.

## TIT. V.

## S V M M A R I V M.

1. Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
2. Prabendarum materia ubi tractetur, ostenditur.
3. Prabenda reperitur in genere neutro pro stipendijs, quæ præstabantur militibus in prædium destinatis.
4. Prabenda in hoc tit. genere feminino accipitur pro stipendijs, quæ clericis præstantur pro diuino ministerio.
5. Prabenda vnde dicatur, ostenditur.
6. Prabenda propterea est genus sumitur pro omni beneficio.
7. Prabenda in specie sumpta accipitur pro Prabenda Cathedralis, vel Collegiata Ecclesiæ.
8. Prabenda alia est Ecclesiastica, alia temporalis.

D 2 9 Pra